Fragmentarium

terrarū mundus exultat. Sed et super
ne uirtutes atq; anglice potestates ym
num glē tue concinunt sine fine di
centes. Co Spiritus qui a patre procedit aevia ille
me clarificabit aevia aevia. Post co Concede
qs omps ds scm nos spm uotis pmereri
sedulis. quatenus ei grā ab omnib' libe
remur temptationib; et peccatoꝝ nos
trorū indulgentiā mereamr. P. eīdem.
Benedicite domino De Angelis
omnes angeli eius potentes uirtute qui facitis
uerbum eius ad audiendam uocem sermonum
eius. P Benedic anima mea dn̄o et omnia que i.m.s.n.
Perpetuū nobis dn̄e tue mise Oro
rationis pr̄a subsidium. quib; et an
gelica pstituisti suffragia n̄ deesse. P.

Fr̄s. Xp̄c factus est pro nobis obe
diens usq; ad mortem. mortē aūt
crucis. Ppter quod et ds illū exalta
uit. et donauit illi nomen qd est super
omne nomē. ut in nomine ih̄u omē ge
nu flectatur celestiū. terrestriū. et in
fernoꝝ. et omnis lingua confiteat. quia
dn̄s ih̄c xp̄c in gl̄a est dei patris. Gr Xp̄c
factus est pro no bis obe diens usq; ad mortem
mortem autem crucis. V Propt quod
deus exaltauit illum et de
dit illi nomen quod est super omne nomen
Aevia
V Dulce lignum dulces clauos dulcia ferens pondera
que sola fuisti digna sustinere regem
celorum et hominum.

License: cc-by-nc – München, Bayerische Staatsbibliothek, , Inc_2410_2B – Missal with Neumes (no staves) (https://fragmentarium.ms/view/page/F-2076/1032/14855)